

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS
MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, ||
Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVTA. XXXVI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

Intelligi, nec esse sine relatione similitudinis aptitudinali. per quancunque credo potentiam, nisi Deus mutaret alborum naturam, & tunc non essent alba, quia ex natura rei sunt apta natura, vt sint totalis causa similitudinis. ¶ Ad secundum dicitur, qd creatura non dependet totaliter ad Deum, nisi materialiter, & subiectiue loquendo de creatura, quę essentialiter includit duos cōceptus acceptos a duabus rebus, cuiusmodi sunt omnia predicamenta, & res omnium predicamentorum, excepta sola relatione, quia res cuiuslibet generis includit, & essentiam absolute sumptam, & creationem, & sic formaliter non dependet ad Deum, nisi per relationem. ¶ Ad tertium dico, qd qualibet res est creata, non tanquam res vna includens formaliter dependentiam ad Deum, sed omnis res excepta relatione, dicitur creata, tanquam duę res includentes dependentiam ad Deum formaliter per relationem, & subiectiue, vel denominatiue per propriam essentiam absolutam, quę nata est naturaliter, & formaliter referri per relationem. ¶ Rationes pro positione non valent contra opinionem oppositam, & ideo respondeo ad illas. ¶ Ad primam, dicitur ad maiorem, qd tale impossibile non debet poni, qd includit contradictionem ex ratione intrinseca illius, de quo ponitur, ita dicerent ipsi, qd est in proposito, quia posito qd Deus non esset, ponitur positio impossibilis & includens contradictionem illi, respectu cuius ponitur, nam intrinsece ipsa est essentia essentialis dependētia ad Deum, & ideo posito qd Deus

non esset, ponitur etiam ex hoc consequenter, qd creatura essentialiter est dependētia quādam ad Deū. & ideo ponitur impossibile. ¶ Ad aliud conceditur, qd eadē res includit multas formalitates. igitur realitates. nego consequentiam, quia in multis eadē res habet multas formalitates acceptas sub eadem re, diuersimode significantes illam rem, sicut omnia attributa sunt eadē realiter, & differunt formaliter, & eadē res in creaturis est ens, & vna, & bona, & sic de alijs. & eadem albedo est albedo, & color. Vnde est fallacia consequentis, ab aliquo habēte plures causas veritatis, ad vnam. ¶ Cum vltterius dicitur, qd continet duas, igitur infinitas. Non valet, quia non est res in quocunque genere, & in relatione, quin cōtineat multas realitates. scilicet hæccitātē, & naturam speciei. & similiter multas formalitates hæccitatis, naturę communis. & tamen hic non continet infinitas, quia nulla talis est, quę sit, vel contineat naturas, vel res infinitas, nisi illa sola quę est infinita, talis est Deus tantum.

DISPUTA. XXXVI.

Vermis vestigium sit ratio.

VT VM vestigium, sit ratio. ¶ Quod, sic quodlibet præter primum componitur ex quod est, & quo est, vel ex essentia, & esse ex aliquiditate, vel ratione sed essentia rei est vestigium in se re, sicut esse in eo quod est, & sic ratio in aliquiditate, ergo vestigium est ratio.

CON.

CONTRA hoc arguitur, quod vestigium non sit ratio & ratio non sit in aliquiditate. Probatio, quia illa aliquiditas, aut est opinabile, & tunc cum tale sit fictitium, & nihil ratio, fundatur in nihil a ficticio: aut aliquitas est res quiditatiua, & cum omnis talis sit res rata, sequitur, quod ratio fundatur in ratiudine, & ita idem in se, & sic erit processus in infinitum. Item, aut aliquitas est positium absolutum, & cum omne tale sit exemplatum, & non sit fictitium, & esse exemplatum est ratum, ergo ratio fundatur in rato, & ita fundatur vestigium in vestigio, aut respectuum, & tunc fundatur in nihilo, quod est inconueniens: aut est dare aliquod aliud, in quo fundatur. Item, aut illa aliquitas determinat sibi esse, ita ut esse clauditur in sua intentione & tunc semper esset, & esset Deus: aut determinat in intentione sua non esse, & tunc non potest fieri aut est indifferens ad esse, & non esse, sed omne tale est absolutum, & per consequens exemplatum, quia non fictitium. ergo ut prius. Item, quod respectus ratiabilis non sit ratio rei, quia omnis res est actiua sua relatione, ex 3. Physicorum. ¶ Item, quod ratio non sit tantum respectus ad Deum. Probatio. Tum, quia plus differrent personę diuine inter se, quam Deus & creatura, quia tantum per respectum differunt rationis ex vna parte, & reali ex alia, sed per sonę diuine differunt per respectus reales ex vtraque. ¶ Item, quę differunt formaliter, sunt alia & alia formalitas, sed abso-

lutum & respectuum differunt formaliter, ergo sunt alia & alia formalitas, sed ratio est formalitas absoluta, quia formalitas rei absolute est absoluta. ergo ratio: sed ratio non est formaliter ratio absoluta, ergo ratio non est tantum ratio.

¶ Item philosophus 4. Metaphis. reducit dicentes omnia apparentia esse vera ad hoc inconueniens, quod omnia sunt ad aliquid, sed omnia esse, ad aliquid denominatione non est inconueniens, cum omnia sint vel causa, vel causatum. ergo est inconueniens, quod omnia sunt ad aliquid essentialiter, ergo respectus non est illud quo res sunt rata, sicut ponit positio prima.

¶ Ad questionem dico, quod vestigium non est impressio derelicta ex transitu gradientis conformis sibi ex ea parte, qua tangit in gradiendo, sed ante mundam creationem intellectus & voluntas ferebatur super mundum creandum, ex illo velle & intellectu sequitur in tempore mundus, conformis illi velle & intelligere, ideo mundus est vestigium Dei. Illud patet. 22. de ciuita. Dei. c. 9. Secundo dicendum est de differentia inter imaginem, vmbra, & vestigium, & similitudinem: ad cuius intellectum sciendum est, quod omnia ista important relationem & respectum, sed similitudo non importat causalitatem, sed vestigium importat causalitatem secundum Aug. 83. q. 9. 64. Vmbra habet confusam conformitatem ad corpus interpositum, confusam dico, quia videtur vmbra, scimus corpus interpositum

Philosophus
4. Meta.

al.

situm inter solem & vmbra, sed nescimus cuius figuræ, quia quandoque corpus rotundum facit aliā figuram in vmbra. imago repræsentat rem non secū dū genus, nec speciem tm̄, sed secū dum indiuiduum, & secundum lineamenta, q̄ scilicet lōga sit, lata &c. vestigium repræsentat rē medio modo, perfectius. n. vmbra, & imperfectius imagine, q̄a non repræsentat rem fm̄ indiuiduum, nec tantum fm̄ genus sed fm̄ speciem, vel fm̄ indiuiduum vagum, * sic vidētes vestigium cerui, scimus q̄ transiit ceruus, sed nescimus inde, iste vel ille. Sed angelus, vel anima quantum ad potentias vel actus importat ordinem vel distinctionem formalem in eadem essentia, ideo est imago Dei. vestigiū repræsentat Deum, vt est causa efficiens formalis & finalis, quæ appropriatur personis, tamen nō tantum repræsentat Deum, vt vnum, nec secundum proprietates personales, sed secundum appropriata personis. s. potentiam, bonitatem, sapientiam, siue secundum triplicē cālitatē.

CONTRA ista arguit de differentia vestigij & imaginis. Cōtingit enim aīal transiens nō habere nisi vnum indiuiduū specie, & tunc est specie tota in indiuiduo illo. & tunc vestigium, quod est similitudo secundum speciem, erit similitudo secundum indiuiduum. ¶ Itē in Deo non est distinguere genus, nec species, nec indiuiduū. ergo nō est dare vestigium Dei, si repræsentat fm̄ genus, vel speciem. ideo assignat causam accidentalem vestigij. ¶ Ideo est alia differentia, q̄ vestigium differt ab imagine, quia repræsentat par-

tem quantitatiuam, imago totum. non aut, q̄ vestigium repræsentat vniuersale, & imago particulare. ideo quod derelinquitur ex transitu partis, simile parti est imago totius vestigij. quia repræsentat totū aīal rōne partis.

AD PRIMVM ip̄orū dico, q̄ scientia est tantum de vniuersalibus secundum Aristotē. & significat subiectum essentiale scientiæ, non accidentale: nec est hic dicendum cum scientia pōt esse de aliquo, cum quo cōuertuntur propositiones de vniuersali, & de indiuiduo, vt de Deo, vel de sole, tantum vniuersale est subiectū in sciētia essentialiter. Vnde. 7. Met. Si aliqua sciētia est de vno, vt de Deo, vel de sole, est de Deo, ac si essent mille dii, patet secundum cōmē. 6. Ethy. iō sciētia est de eo, vt de vñ, ac si essent plures, licet sūt singulare: sic tñ conuertit spēs cū indiuiduo, & repræsentat indiuiduū in vñ, ac si mille indiuidua cēnt in illa spē. ¶ Ad aliud, in Deo nō est genus, nec spēs. Vñ fm̄ eos distinctio psonarū assimilatur magis indiuiduali distinctioni, q̄ specificæ, tñ relationes differunt quasi spēs. Vñ prout cōueniūt in essentia, vt vno, essentia est quasi spēs, iō aliqd est in illa repræsentans plonas, quātū ad propria, aliqd quantum ad appropriata, quia personæ differunt, tamen conueniunt in aliquo. ¶ Ad positionē istorum dicūt falsum. si. n. sigillū imprimere cērā delebitur, ita q̄ nihil derelinquetur de sculptura, & colatura, sed de quāritate est vmbra, si colatura, & totum, quo distinguitur ab illo sigillo derelinquatur, non esset imago, sed vestigium: sic licet derelictum ex pede, nō est imago pedis,

pedis, nisi distinguat pedem ab alio eiusdem speciei. ¶ De alio dico, quod res componitur ex aliquidditate & raritudine, & res rationis ex aliquidditate solum, non raritudine. Vnde per aliquidditatem intelligo, quod est per raritudinem, illud quo existens in aliquo, & habet essentiam, & omne existens, sicut lapidem esse est, quod est eius, & existens est, quo est; essentia etiam lapidis distinguitur in quo est, & quod est, igitur essentia quod est, & esse existens quo esse, & sic accipiendo essentiam est aliquitas pure potentialis, quia non habet aliquam formalitatem, sed est omnino informis de illa aliquidditate, quia informis est respectu omnium superuenientium, loquor sicut philosophi loquuntur de materia, ut in potentia ad omnes formas. ¶ Vnde materia sic est in potentia, quod si omnis forma tollatur, materia est tantum in anima, nec tamen forma aduenit rei in anima, quando aduenit materia, sic aliquitas de se non est intelligibilis, nec est ens, tamen raritudo prima adueniens ei, aduenit enti, quia est ens, & non enti, sicut patuit de materia. Exemplum aliud, quantitas non est in substantia non quanta, tamen substantia ante omnem quantitatem est non quanta de se, tamen quantitas aduenit rei quanta, & non rei non quanta. Vnde per esse intelligo esse, vel rei, vel rationis: aliquitas, quod est sicut homo humanitate est homo. Si quæritur quo humanans est, dicam quod esse est. Et secundo Boetium esse præter primum habet quo est, & quod est quæ non sunt idem. Vnde Commentator, homo est per esse, esse

aliquid humanitate. ergo. ¶ Ostendo, quod in omni intelligibili circa primum respectus positivus ad Deum intelligitur ut de primo intellectu eius. ¶ Item Commentator, est alia forma quæ non mutuat hoc nomen est, & alia forma, quæ ab alio mutuat hoc nomen est, & sequitur de illis dicitur est in ordine ad suam principium, ideo cum esse intelligibile positivum primo intelligit esse, & esse est respectuum. ergo &c. ¶ Item Aug. 6. de trini. c. 4. quando intelligit hoc bonum simul intelligit illud cuius participatione est bonum, sed intelligendo lapidem intelligit hoc bonum. ergo simul intelligit bonum ipsum, non ut aliquid eius. ergo ut hoc refertur ad aliud. ¶ Itē Dionysius de divinis nominibus. ¶ Item 6. phisicorum non potest intelligi aliquid habens causas nisi extrinsecas causas cognoscantur ut pars. ergo ut terminans respectum. ¶ Item Commentator 7. Metaphisicæ circa principium. ¶ Item, illud quo distinguitur ens a non ente, & hoc positivum est de primo eius intellectu, in quantum est, sed illud quo ens distinguitur a non ente, est esse. sed illud esse est respectuum. Probatio, quia illud esse vel est ipsum esse a se, vel ab alio esse, diviso patet per Augustinum 1. Metaphisicæ ab alio est, cui convenit esse, ab alio dicit respectum, negatur ipsa minor, quia respectus non est primum, quo aliquid distinguitur a Deo. Intelligendo. n. Deum absolute, & lapidem absolute, non intelligendo sub ratione causa vel causati, vel non ab alio, vel ab alio, erunt duo distincta, licet forte ab alio sit primum notum.

C O N T R A, nullus con
c e ptus

ceptus proprius creaturæ est simpliciter simplex, & primus conceptus, quæ habeo est ens. ergo intelligitur in cōi conceptu priori, conceptus creaturæ proprius est posterior conceptu entis, quia ens est cōe Deo & creaturæ, quæ hic habemus, nō est igit simpliciter simplex, quia includit ens, & conceptu exprimentē Deū, sed dīa inter conceptu cōpositu de Deo & creatura, quia cōpositioni in conceptu proprio de Deo nō corrādēt cōpositio in re ex esse & non esse, de esse, & hoc includit in proprio conceptu lapidis. ergo si in primo conceptu entis nō a se intelligit ab alio. ergo hoc est, & non esse a se est ab alio. ¶ Dī non sequitur ultra consequētia

CONTRA, ista negatio nō esse a se, dependet ab alia priori affirmatiue, in quā reducitur, non ab esse, quia tunc omne esse esset esse non a se. quod est falsum, quia Deus non est nō esse a se, sed est esse a se, relinquitur dependet ab esse ab alio, tale includit respectum &c. ¶ Itē, in intellectu intelligitur esse per se ipsum, ergo in intellectu creaturæ intelligitur oppositū. s. nō per se participatio, ita quod sicut Deus distinguit a quolibet alio per esse a se ipsum, sicut nō Deo primo distinguitur per oppositum, scilicet esse ab alio, sicut esse participatum, quia nō p se, siue ab alio opponitur ei, quod est per se, & participatio opponitur ei, quod est ipsum.

CONFIRMATVR, quia primæ differentię sunt oppositę, & includuntur in primo intellectu differentium. ¶ Item sapientia predicat cōiter de Deo & creatura, quo igitur primo differant sapientia creata a Deo?

non per sapientiam, quia illa cōmunis analogice, ergo per aliā rem, quæ est de suo intellectu, qua distinguitur a Deo, puta, quæ est qualitas accidentalis. ergo cum accidentalis includit respectus & prior & essentialior est cuius respectus, vel dependentia ad Deum scilicet esse a primo, vel ab alio, quā ad subiectū, & esse in alio. ¶ Item positius quæsiuit cum ab esse in loco cōsurgat prædicamentū, & ab esse in tempore similiter, quare ab esse in subiecto, nō conlurgit prædicamentū. ¶ 11. ¶ Dicit simplicius quod aliqui respectus non sunt de intellectu eorum, in quibus fundantur, & alij sunt de intellectu eorum in quibus fundantur, & ita in eodem prædicamento est talis respectu accidentalis ad subiectū, ergo ille respectus est de genere quantitatis, sicut est respectus secundum eum, quia albedo est in primo modo dicta per aliquid, quod est de primo eius intellectu, sed analogia accidentis ad Deum est intimior & essentialior accidenti, quā analogia eius ad subiectū, quia esse in, potest separari ab accidente, sicut patet in sacro, sed nō esse ab, ergo si illa est de eius intellectu multo magis ista. ¶ Itē primum in ordine essentiali includitur in intellectu cuiuslibet posterioris, sed obiectū esse, est primum in ordine essentiali, quia illud habuit res ab æterno, ergo includitur in esse cuiuslibet creati, sed esse obiectū est relatiuū, cū sit in obijci, & ad aliud esse. ¶ Item, sicut se habet cognitio perfecta causę ad cognitionem perfectam causatorum, ita imperfecta ad imperfectā, sed non

Disputat. K habet.

habetur perfecta cognitio causarum, nisi habita perfecta cognitione causa, sicut pater in visione Dei in patria, ergo nec imperfecta, nisi habita cognitione imperfecta ipsius causa, ergo &c. ¶ Itē, qui nunq̄ inuestigauit definitionē iusti, nec qd̄ est iustū, audiēs actionē esse iustā habet penes se, quo iudicet de illa actionē, an illa actio sit iusta, an nō, scilicet ipsum iustū essentialiter, qualiter habet in conceptū vt innatū. ergo impressum audiendo hoc iustū, ergo in impressione huius iusti includit ipsum in eius intellectu. Itē indeterminata sunt priora ordine essentiali, sed ipsum esse est indeterminatū, cū sit indeterminatū negatiue, & ens analogū priuatiue tm̄. ¶ Tunc dico, qd̄ esse est id quo res est, & id quo res est aliquid hoc, vel illud est aliquiditas. sicut homo est aliquid humanitate. s. hō, sed nō esse. ¶ Vñ in humanitate non includit esse, tunc dico, qd̄ hō humanitate est hō, ita qd̄ humanitas est aliquiditas tm̄, & nulla distincta ab esse, sic aliquiditas nullum esse sibi determinat, nec erit in intellectu ens rationis, nec esse ratum. Vnde

Anic. 5. Anic. 5. Met. equitas est tantum equitas, nec vna nec multe, nec actū, nec potentia, nec in intellectu, nec extra, ideo humanitas vt sic nullo modo est ens, nec rationis, nec ratum, sed tantū determinat sibi consignabilitatē, quod s. sit significabile per nomen, & hoc nō est determinatū sibi qd̄ est intelligibile, est enim significare, quē nō sunt & possunt esse, nō aut̄ est intelligere, nisi q̄ sunt, vt dicit ibidē. Vñ ens prima impressione imprimitur in intellectu secundū Anicē. Vñ

de nihil significat Hircoceruus, similiter tamen non potest intelligi, quod est impossibile.

CONTRA, illud oē significabile p̄ nomē esse aliquid cui possem⁹ nomē imponere, sed s̄m philosophū. 7. Met. nō possumus nomē imponere, nisi illi qd̄ intelligimus, si igitur aliquid p̄ te determinat sibi esse significabile, ergo, & esse intelligibile. ¶ Itē, quod determinat sibi diffinitibilitatē, determinat sibi intelligibilitatē. sed humanitas determinat sibi vel homini diffinitibilitatem, vt genus & differentiam, ergo &c. ¶ Item, intellectus distinguit humanitatem ab alijs intelligibilibus, ergo eam intelligit, quomodo etiam loquermur de ea, nisi intelligeremus? non solum igitur quod intelligimus erit intelligibile, sed eū actū intellectum.

AD PRIMVM istorum, imponere nomen est ad placitum. ideo possumus nomen imponere ei, quod non cognoscimus, nec intelligimus, vt quoddam intelligibile, sed et quod intelligimus esse quoddā significabile. Exemplum, nullus intelligit nihil, & tñ nihil est significabile, & est intelligibile significabile, licet non sequat tunc, est intelligibile significabile, ergo est intelligibile. ¶ Vñ quiditas omnino nuda prater esse nihil est, nec ens rationis, nec ratum, ideo tantum significabile per nomen, & ideo non est intelligibile, quia non ens, tñ intelligibile significabile, non tamen intelligibile.

AD SECVNDVM, minor est falsa. Humanitas, vñ humanitas, non est nisi humanitas tm̄, nec determinat sibi diffinitibilitatē, quia

Philosophus

Anic. 5.
Met.

quia ut hic nec in gae, nec spē, sed tñ significabile p nomē. Vñ si esset diffinibile & in gae, sifit & Hirco ceruus. & similia. ¶ Ad argumenta principalia. Ad primū in oppositū, qd intelligit p aliquitate. dico, qd aliquitas nō determinat sibi intentionē opinabilis, nec ratitudinis, nec rōnis, sed determinat sibi eē significabile p nomē. ¶ Ad sē dico, qd aliquitas, nec est aliquid absolute, nec respectus, sed tñ aliquitas, & significabile p nomē aliquitas. Aut est aliquid positivū, aut nō. ¶ Dico, qd positivū, sed p illud positivū nō intelligo, nec ens absolutū, nec respectivū, sed tñ significabile per nomē. ¶ Ad tertium dico, qd nec includit sibi esse, nec non esse, sed tantū est significabile per nomen.

CONTRA, si nō determinat sibi esse, ergo de se est nihil, sed in nihil nec pōt recipi esse, nec ratio alia, ergo in eo nō fundat respectus ad Deum, nec esse. ¶ Rūdeo significabile p nomen esse nihil, pōt intelligi dupliciter. Vel qd significabile, qd est, a, determinat sibi nō esse, & nihil. & sic chimera est non ens, & significabile p nomē, qd determinat sibi semper nō esse. Alio modo, a, est nō ens, & vel quia nō determinat sibi eē, nō tñ determinat sibi nō esse, sed possibile eē indifferēs ad esse, & nō esse, tale pōt recipere esse, & respectū, a se creatio erit impossibilis, qd est contra articulum fidei. ¶ Vñ qd ante creationē fuit possibile obiectivē, siue verē, tñ determinat sibi nō esse, ita semper in intentione sua non intelligitur esse tale, potest fieri, & esse.

CONTRA, saltē hō compositus ex ente & nō ente, nō ab-

solute, sed ex ente & nō ente de se equivoce, cū entitate positiva, qd esse recipit, sicut materia prima, ex quo p se de se nullum hēt esse in effectu, sed tñ in aīa, nec tñ sequit, qd forma recipitur in ea, ut hēt esse in aīa tñ. s. in eo, qd sē se non hēt esse, nisi in aīa tñ, tñ eē extra p aliquid aliud. s. p esse ipsius formae. Sifit patet de quantitate, ut supra, ita ratio recipitur in aliquitate rata, qd de se est nihil, rata tñ ipsa ratione, nunq tñ recipit in non rata, sed in nō rata ex se tñ, & hoc est necessariū. Cū dē ultra, qd est exemplatū, falsum est, nec est. n. fictitiū, nec exēplatū. ¶ Ad quartū, res rata agit sua ratione & c. falsum est. Vñ esse rei nulli enti creato est rō agēdi, hoc est elicitiua actionis, inquantū esse aliquitas absoluta formalis sub ratione, calore em calefacienti calitate tribuit, non suo esse, quia tūc nō plus ageret ad calorem, qd frigus, qd eē est indifferēs, & eiudē rōnis s. m. Boetium de ebdo. ergo res nō agit ratione. i. illo esse, quo ē res rata est forma. Si accipis ratione p re, qd rata est, sic ratio nō est respectus, sed res absoluta.

CONTRA, tūc non sequitur in suo intellectu respectus. ¶ Dico, non est forma absoluta, nisi per esse, & respectivū, tñ respectus non est eius absolutio, sed tñ respectus, siue eē, est quo res est absoluta. Vñ res agit aliquiditate, non aliquiditate nuda ab ente, qd est nihil, sed aliquiditate, ut sub esse. ¶ Ad aliud, creatura minus differt a Deo, qd personae divinae ab invicē, dico qd non sequit. ¶ Vñ male imaginat. s. qd creatura non sit nisi respectus, hoc est falsum, sed di-

co, p omne creatum componit ex respectu, & aliquiditate. Vñ creatura ē aliquid absoluta sub respectu, tñ vt absoluta includit
a. l. respe- *respectum. ideo creatura dif-
ferentia fert a Deo aliquiditate absoluta, vt lapis lapiditate, non includens ad aliud in sua aliquiditate.
 ¶ Ad aliud, quod differunt formalitate, non sunt formalitas vna & cætera. Dico, quod ratio est formalitas respectiua, non absoluta.

CONTRA, aliquiditas vt sic, nec est absoluta, nec respectiua, ergo non est quo substantia est rata & absoluta, & ratio. s. respectus non est quo res est absoluta, vel rata, ergo ratio indine non est substantia absoluta, vel rata. ¶ Rñ deo. Sicut materia est ens extra intellectum, circumscripta oī forma, forma tñ, quæ est disparata a materia, quæ nō est materia, est quæ formaliter materia ē materia extra, & quo habet esse in re extra, quia de se

materia nō est extra. ¶ Similiter substantia de se non hēt partem extra partem, substantia est qui ditas, tñ est quædam forma disparata a substantia, sicut respectus ab absoluto, quo formaliter substantia habet partes extra partes de genere substantie, sic respectus ex quo aliquiditas est rata, & absoluta. ¶ Vnde si esse differt realiter ab essentia, essentia vt nuda ab esse, nullum esse habet extra: de se tamen esse reperitur in essentia, quia fm illos esse est primus actus, quo essentia est essentia extra, sic formalitas respectiua est illud quo aliquiditas, q̄ de se est absoluta, sit absoluta. ¶ Ad illud philosophi dico, quod illa est falsa. creatura est tantum ad aliud, & non est aliquid præter ad aliud, tamen est tale per respectum, vt per esse. Vnde cum in omni creatura est, & quo est in omni creatura, est aliquid præter ad aliud &c.

Laus Deo. Finis.

Ad Laudem, Honorem, & gloriam omnipotentis Dei, eiusque illibata Genitricis, Virginis Mariæ, Seraphicique Patriarchæ Diui Francisci, & vtilitatem Christi fidelium, præsertim Sacrosanctæ Theologiæ studiosorum, hic est finis Disputationum collationum, Ioannis Duns Scoti, ordinis minorum, Theologorum omnium eminentissimi, Scholæque subtilium vexilliferi, Qui obiit anno Domini. M. CCCVlll. Nunc à mendis repurgata per Saluatorem Bartolucium de Alfio, conuentualē Franciscanum, artium, & sacrae Theologiæ Doctorem, doctrinæque Scoticæ locupletatorem, atque in honoratissimo magis Domus Venetiarum Gynasio Regentem.
 M. D. LXXX.